

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Pvgnā Spiritvalis**

**Scupoli, Lorenzo**

**[S.I.], 1599**

**VD16 S 5184**

Cap. XXVI. De modo orandi per meditationes de SS. Angelis, aliisq[ue]  
Sanctis in cœlis, eorumq[ue] interceßionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49116](#)



## CAPVT XXVI.

*Quomodo orandum ac meditandum sit per SS. Angelos, ceterosque beatos in cœlis.*

Poteris tibi præterea efficax medium ad impetrandum aliquid à Deo parare, per SS. Angelos, ceterosque beatos in cœlis. Atque id etiam modis duobus efficies: primò si vertas cogitatum mentis tuæ ad cœlestem Patrem, eique siferas amorem, cultum, laudem; quibus ipse à tota cœlesti curia gloriose laudatur, honoratur, colitur. Simul quoque si-

I s stas

202 CAP. XXVI. Pugna

stas ei omnem laborem, ar-  
mnas atque molestias, quæ  
Sancti eius h̄ic in terris, auxi-  
liante ipsius gratia, sustinendo  
superarunt.

Deinde vertas mentem ad  
eosdem gloriosos spiritus Dei:  
& inter meditandum, quod in  
summo gradu perfectionis suę  
quem possident, etiam nostri  
semper meminerint, nostram  
quæ perfectionem maximo-  
pere desiderent; ora eos ut ti-  
bi in pugna contra vitia tua fi-  
dele auxilium ferre non recu-  
sent. Quandoque etiam ipsos  
rnuoca, ut tibi in mortis arti-  
culo adsint, & à rugientibus  
hosti-

hostibus te defendant. Aliâs Pro ali  
verò meditare quâm præclara orū de  
gratiarum dona à Deo accepe- nis pl̄  
rint, & excita in te viuidum gaudē  
charitatis affectum, gaudium- dum,  
que maximum, quòd tanta quâm  
dona acceperint; haud aliter pro p-  
ac si propria tua essent: quin- prijs.  
imò plus gaudebis quòd ipsi  
ea habeant, quâm si tibi à Deo  
data essent; quandoquidem  
suæ diuinæ Maiestati sic placu-  
erit.

Vt autem has exercitatio-  
nes rectius cognoscas, & con-  
gruo iustoque ordine peragas;  
partieris choros Sanctorum  
in singulos dies hebdomadæ,  
vt sequitur.      I 6   Do-

204 CAP. XXVI. Pugna

Dominica die meditaberis de  
nouem choris SS. Angelo-  
rum.

Feria secunda de SS. Aposto-  
lis.

Feria tertia de SS. Martyri-  
bus.

Feria quarta de SS. Episco-  
pis.

Feria quinta de SS. Doctori-  
bus.

Feria sexta, de SS. Confesso-  
ribus.

Sabbato de SS. Virginibus.

Nullo autem die intermit-  
tes quasdam habere Meditati-  
ones, & confugia ad gloriosissi-  
mam Virginem MARIAM:

ad

Ad proprium tuum Angelum,  
ad Gabrielem Archangelum,  
& denique ad eum sanctum,  
quem singulari pietate vene-  
raris & obseruas.



CAPUT XXVII.

Quomodo sanctam Crucem , &  
Christum Dominum in ea affixum  
pendentem meditari debeamus :  
ut bonos affectus ac motus in  
nobis excitare , vel à Deo  
consequi possimus .

O Stendi tibi , fili , paulò an-  
tea , quomodo ad oratio-  
nem adhibere debeas medita-  
tiones de S. Cruce : nunc te

I 7 in-

de  
lo-  
sto-  
yri-  
sco-  
ori-  
esso-  
s.  
nit-  
rat-  
sil-  
AM:  
ad